



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-198180-p0001-0

DFG

24

DISPVITATIO IN AVGVRALIS IVRIDICA

SISTENS QVAESTIONEM:

AN ACTIO PIGNORATITIA DIRECTA
CONTRA TERTIVM POSSESSOREM
INSTITVI QVEAT?

Pri. ps. num. 6

16

1777, 5

►————— 44 —————►

QVAM

AVCTORITATE AMPLISSIMI ET ILLVSTRIS ICTORVM
ORDINIS

PRAE SIDE
VIRO EXCELLENTISSIMO AC CONSVLTISSIMO
DOMINO

P. 208

CHR. NIC. SCHLICHTKRVLL,

I. V. D. ET PROF. PVBL. ORD. IN REG. ACAD. GRYPHICA, REG. CONSIST.
ADSESSORE ET FACVLTATIS IVRIDICAE p. t. PRO - DECANO

PRO

OBTINENDIS SVMMIS IN VTROQVE IVRE
HONORIBVS

D. XVI. IVN. MDCCCLXXVII.

PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI SVBIICIET

DAVID WILHELM WARNEKROS, SVNDENS.


Reg. Acad. Syndicus et S. R. Tribun. Advocatus.

GRYPHISWALDIAE,

LITTERIS A. F. RÖSE, REG. ACAD. TYPOGR.



DIBATAGIO INAGARIAU LARGIO
STATUA GAVASTONIUM
AN ACTIO PIGNORATITIA DIRECTA
CONTRA JEROME LOSSEROREM
INSTITUTA GAVATI
HABITAT
PACIFICATIO MULIERIS ET MULIERIS FELICITER
ADINIS
PRÆSIDE
ALIO EXCELENTISSIMO DE CONSULTISSIMO
DOMINO
CHR NIC SCHICHTRINI
L A D E T E HABEAT ZYNE QDZ N RIG AGD. DEYHNER. KIRK CONSILII
DEPENSORE ET FACULTATIS IANINICAE B. L. TIEG. DEXANO
PRO
CITIDVIS SUMIS IN VTRICATE HAR
HONORIAS
667100 ERUDITORVM EXAMINI SACRICE
DAB MELIUM MARINEROS SAVUNES
Fecit Agustus Augspurgensis R. Thimus Aphrodisius



SERENISSIMO AC CELSISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO
DOMINO
FRIDERICO WILHELMO,
SACRAE REGIAE MAIESTATIS
REGNIQVE SVECIAE
SENATORI EMINENTISSIMO,
POMERANIAE SVECICAE AC RVGIAE PRO-PRINCIPI,
SVPREMO EXERCITVS SVECICI DVCI,
CANCELLARIO ACADEMIAE GRYPHICAE
MAGNIFICENTISSIMO,
EQVITI AVRATO ET COMMENDATORI OMNIVM
ORDINVM REGIORVM,
SACRI ROMANI IMPERII PRINCIPI
DE HESSENSTEIN,
HEROI SAGO ET TOGA INCOMPARABILI,
MVSARVM MAECENATI INDVLGENTISSIMO,
DOMINO SVO GRATIOSISSIMO

DE REISSIMIS AC CEREMONIIS
IN TESSERAM DEVOTISSIMA
SUBIECTIONIS

IN AVGVRALEM HANC DISSERTATIONEM
GRATIAE


CLEMENTISSIMI DOMINI SVI

SE SVMISSE COMMENDATVRVS
DAT, DICAT, DEDICAT
SENATORI EMINENTISSIMO
POMERANAE SABOICAE AC RAGVE PRO-PRINCIP
SALTEMUS EXERCITAS SABOICIS DUC
CANCILLARIO VOVVERAHEM GRYPHICAE
MAGNIFICENTIPIO
EQUITI VARATO ET COMMENDATION OMIVNA
ORDINIA RICORDUM
SACRI ROMANI IMPERII PRINCIP

DE HESSENSTEIN

HEROI SACRO ET TOGO COMPARABIL
MIZZARUM MARCINATI IMPA GENTISSIMO

devotissimus
DAVID WILHELM WARNEKROS.



INSTITVTI RATIO.

Multas inter controuersias, quae ex diuersis legum non satis perspicuarum interpretationibus ortum traxerunt, haud leuis momenti mihi videtur quaestio: an actio pignoratitia directa contra tertium possesseorem institui queat nec ne? Summae auctoritatis Icti hanc vel illam sententiam amplexi sunt, et vtraque sententia defensores invenit. Propositum fuit initio, licet id forte glorioius dictum videri possit, periculum facere, diuersas has opiniones conciliandi, cum vero multiplices officii mei labores huic consilio execundo impedimento fuerint, illud in praesenti quidem misi, non autem omnino seponam aut missum faciam, sed differam potius in aliud opportunius tempus, quo majus otium nancisci possim, pauloque minus distrahar. Nunctantummodo

A 3

actio-

actionem pignoratitiam tanquam personalem, hinc non contra tertium instituendam, exponere et leges in contrariam sententiam allegatas pro viribus raeis enodare conatus sum, quare benevolum lectorem, hoc quicquid est, quod praefenti libello offeratur, ut serena fronte accipiat et aequi bonique consulat, rogo.

§. I.

Omnia pacta serio et deliberato animo inita super rebus, de quibus facultas disponendi competit, jure naturali sunt perfecte obligatoria, ita ut media cogendi adhiberi possint ad implementum obligationis a promittente consequendum. Ius civile positivum vero contrarium haud raro statuit ac statuere potest, cum ex mero legislatoris arbitrio pendeat, licet negandum non sit, potestatem mutandi ac plane tollendi praecelta juris naturalis restringendam tantummodo esse ad ea, quae sunt I. N. permisim ac hypothetice praceptiui (*). Potissimum ad haec referuntur pacta, quae arbitraria supponunt facta et inde ad I. N. hypothetice praceptiui pertinent, quibus jus civile stricte dictum omnem vim obligatoriam perfectam ademit, et quidem ex non vituperanda causa, quod faciles in promittendo sint homines et saepissime minus consulto se adstringant, ideoque jus civile nudo pacto nullam actionem tribuit, sed iis solummodo, quae causam habent civilem (**) et quae inde contractus audiunt.

(*) L. 6. ff. de iusit. et jure, vt appareat ex intercessionibus mulierum,

(**) Causa varios in jure habet significatus, hic denotat rationem a lege approbatam f. modum pacificandi a jure civili approbatum, hinc pacatum in specie causa est definitum et jure civili per se non validum, ita, ut actionem producere possit.

§. II.

~~~~~

§. II.

Causa civilis diuersa esse potest, quare pro diuersitate ejus diuersi orientur contractus. Sunt enim contractus nominati, innominati et quasi contractus; hi ex dicto consensu, illi ex implementi acceptatione et illi ex forma, nomine ac cognominata actione nascuntur. Contractus innominati sunt reales (\*), requirunt enim rei traditionem ad perfectionem, non vero omnes nominati hujus naturae sunt, sed pro forma a lege assignata differunt, nam perficiuntur aut solo consensu, aut rei traditione, aut scriptura aut verbis solemnibus, et contractus consensuales, reales, litterales aut verbales vocantur.

(\*) L. i. §. 2. ff. de rerum permutat. L. 5. pr. ff. de praescript. verbis.

§. III.

Ex contractu oritur obligatio (§. 1.) quae est necessitas a lege imposita, seu, ut cum lege loquamur, vinculum juris, quo necessitate adstringimur alicuius rei soluendae (\*). Qui obligationem suam de rectat, ad eam implendam per media coactiva, quae in statu civili actiones sunt, compellitur. Actio est remedium jus suum in judicio perlequendi, quae persecutio multisarie tam in modo proponendi quam exercendi fieri potest, inde innumera fere actionum diuersitas adest. Omnes earum species enumerare, a scopo proposito alienum est, quasdam tamen nominare mihi e re videtur. Summa divisio actionum in duo genera diducitur, sunt enim aut in rem aut in personam. Qui agit cum eo, qui sibi obligatus est, habet actionem in personam sive personalem, qui vero cum eo agit, qui nullo jure sibi est obligatus, de re tamen controversiam mouet, instituit actionem

in

in rem seu realem (\*\*). Dantur quoque actiones, quae partim ex jure reali, partim ex jure personali nascuntur, ut hereditatis petitio et judicia diuisoria, quae mixtae vocantur, et actiones, quae ex jure non reali aduersus quemlibet rei possessorem diriguntur, ut actio ad exhibendum et actio Pauliana, actionum in rem scriptarum nomine veniunt. Alia actionum diuisio est in directas, vtiles et in factum. Actio instituenda enim aut in jure expresso et in ipsis legum verbis fundata est, aut in ejus interpretatione extensua. In priori casu habes actionem directam, et in posteriori fundamentum hujus interpretationis est vel ratio legum vel aequitas. Haec vocatur actio in factum, illa vtilis (\* \*). Cum porro actiones personales ex obligatione personae fluant, et obligatio ex contractu oriatur, actiones aut eo tendunt, ut pars contrahevis satisfaciat obligationi, quae ab initio ex ipso contractu nascitur, aut quae per accidens postea superuenit. Prior actio directa, posterior contraria nominatur.

(\*) p. I. de Obligat. hinc jus et obligatio sunt correlata.

(\*\*) §. 1. I. de Action.

(\* \*) Ignotum nemini est, jure Romano antiquiori formulas solemnes a

Practore constitutas esse, ne quis ratione actionis erraret, et quae necessario in foris adhiberi debebant. Accidente ergo casu, ad quem formula accurate et directo secundum verba applicari poterat, dicebatur actio directa. Cum vero postea jurisprudentia humanior in foro inualuit per interpretationem et aequitatem, ortum inde traxisse videntur actiones vtiles et in factum, quia saepius evenire poterat, ut verba ob circumstantias in negotio obvicientes ad formulam haud directo applicari possent, et durius esset, ideo causa cadere, cum paritas rationis vel aequitas formulae applicationem suaderet. Abrogatis hinc formulis actiones directae et vtiles hodie in effectu conveniunt, et praeter diuersitatem in personis ordinarie ad idem tendunt L. 47. §. 1. ff. de negot. gest. Boehmer de Action. Secr. 1. Cap. 3. §. 54 & 58.

§. IV.


## §. IV. De bonis solidis oneribus

Contractus reales rei traditionem ad perfectionem requirunt (§. II.), ad quos praeter alia pignus resertur, cui triplex est significatus. Sumitur nempe 1) pro ipsa re oppignorata, 2) pro iure reali in securitatem crediti constituto et 3) pro contractu pignoratitio. Constitutio pignoris pro iure reali sumti duplaci modo fieri potest, 1) si creditori res in securitatem crediti traditur, et tunc dicitur pignus in specie tale, ein handhabendes Pfand, 2) si res non traditur, creditori vero per conventionem ius reale conceditur, et hoc casu adest hypotheca. Utramque, ut primo intuitu patet, plane inter se differt. Pactum enim de concessio iure reali sine traditione seu de constituta hypotheca producit actionem hypothecariam sine quasi Servianam contra quemlibet rei oppignoratae possessorem ad id, ut res pignori obligata tradatur, et tamdiu apud creditorem maneat, donec de debito plene fuerit satisfactum (\*). Cum ergo hac actione de re controversia moveatur, realis est (§. praecl.) et pignoris persecutio creditorii in rem parit actionem, prout L. 17. ff. de pignor. et hypoth. expresse pronunciat, cui nullo modo obstatre potest, hanc actionem quandoque in iure pignoratitiam vocari (\*\*), cum indoli actionis hypothecariae plane contrarium sit, vnicce eam tanquam personalem considerari, nec lex deficiat, quae illam pignoratitiam in rem vocet, et per consequentiam a pignoratitia in personam distinguat (\*\*\*)�.

Pignus in specie sic dictum vero constituitur per contractum pignoratitium, qui est contractus realis, quo res in securitatem crediti ea lege creditori traditur, ut eam soluto debito in specie restituat. Restitutio rei pignori datae primaria ergo creditoris obligatio est, et

B

quidem



quidem soluto debito, quod plenarie in debita qualitate et quantitate tam quoad sortem, quam quoad vias et expensas fieri debet (†). Haec obligatio ab initio contractus adest, et inde actio pignoratitiae directa ad satisfaciendum huic obligationi debitori contra creditorem datur; qui actionem ex obligatione ortam instituit, habet actionem personalem (§. pr.), hinc actio pignoratitiae directa personalis est, et ab actione hypothecaria, ut contrarie oppositum, differt, cum insuper haec a creditore, illa vero a debitore, instituatur.

(\*) L. 16. §. 3. ff. de pign. et hypoth.

(\*\*) L. 3. §. 3. ff. ad exhib. L. 19. et 30. §. 1. ff. de except. rei iudic. Brunnem, in Comment. ad alleg. L. 19. et 30. pignoratitiam in his legisbus hypothecariam esse probat, quod quoque Mevius Part. 4. Decis. 277. evincit.

(\*\*\*) L. 7. §. 12. ff. de commun. divid.

(†) L. 11. §. 3. ff. de pignor. act. L. 18. ff. qui potior. in pign.

### §. V.

Creditorem ad restituendam rem pignori datam soluto debito obligatum esse ex §pho praeced. constat, quamvis haec non vnica creditoris obligatio sit. Nam aliae ei incumbunt ante solutionem debiti, aliae post solutionem. Ante solutionem obligatus est ad rem debita diligentia custodiendam, hinc ad praestandam culpam levem et ad reddendas de fructibus ex re pignerata frugisera perceptis rationes, nisi res in antichresin sit data et fructus sint incerti. Soluto debito eius est, de damnis datis respondere, rem in specie, et si forsitan ob moram debitoris distraeta sit, hyperocham restituere. Nobis hic tantummodo res est de restitutione rei pignoris nexui subiectae,


quam

quam primariam creditoris obligationem diximus, quia res ei in securitatem crediti traditur, exstincto autem debito nec amplius creditum existit, nec securitate indiget.

### §. VI.

Hicse praesuppositis me ad quaestione propositam decidendum accingo. Fieri enim potest, ut res oppignorata non amplius apud creditorem, cui pignori est data, existat, quippe qui eam alii pignori dederit, aut vendiderit, aut alio modo in tertium transtulerit, debitor vero debitum solvere paratus est, et pignus reluere intendit. Si ergo creditor praedictae obligationi suae, rem in specie restituendi, satisfacere nequit, quaeritur, qua actione iura debitori ad recuperandam rem suam succurrant. Dubium enim nullum est, quin debitor ad reluendum se accingens restitucionem pignoris a creditore suo mediante actione pignoratitia directa vrgere possit (per praeced.), quae tamen, si non plane effectu destituta esset, difficilioris persecutionis foret, cum debitor eventum litis a creditore contra huius creditorem aut singularem rei possessorem motae exspectare debeat, qua cunctatione quibusque ambagibus ei haud leve damnum sorsan cum iactura rei coniunctum inferri posset, nec debitor praestatione interesse contentus rem suam pignoratam in specie restitutam velit, vide in controversiam venit, an debitor relicto creditore suo, qui rem non amplius possidet, actionem pignoratitiam directam adversus tertium rei possessorem instituere queat.

Ardua et gravis controversia est, de qua Doctores et ICti clarissimi passim disceptarunt, quamuis nemo praeter Ioh. Fridem. Schneiderum, quondam Profess. Halensem, in dissert. de incompetentia actionis



nis pignoratitiae contra tertium habita Halae 1705, hanc materiam, quantum sciam, separata opera exposuerit, nam studia et labores Wernheri (\*) et Leyseri (\*\*) huc non referam. Sunt enim, qui hanc actionem debitori denegent, alii qui eam concedant, alii secundum ius civile illam non instituendam esse defendant, bene vero secundum ius Canonicum et praxin viuuersalem. Ab viraque parte argumenta pro tuenda, quam sibi elegerunt, sententia, et de qua convictos se esse contendunt, in medium proferuntur, nec desunt leges, quae huic vel illi sententiae patrocinium praebant aut saltem praebere videantur.

(\*) in Observat. 2. Part. 3. Tom. 3.

(\*\*) in meditat. 5. Specim. 155.

### §. VII.

In eo omnes conveniunt, actionem pignoratitiam directam ex contractu originem ducere, quod non solum ex praecedentibus indubitate constat, sed et iuri scripto consentaneum est (\*). Actiones vero ex contractu sunt personales, nec personas contrahentium egrediuntur (\*\*), sed oslibus eorum, qui se invicem obligarunt, inhaerent, nec rem assicere possunt (\*\*\*) ideoque in singularem possessorem neque transeunt, neque contra extraneum pignoris possessorem competunt (†), inde recte se habet conclusio, actionem pignoratitiam directam ex contractu pignoratio, qui solummodo contrahentes, nempe debitorem et creditorem, obligat, prognatam esse personalem, ac proinde illi tantum contra hunc, minime vero contra tertium competere posse, ex quo, prout mihi videtur, quilibet facile intelligere potest, hanc actionem adverlus tertium non instituendam esse.

(\*) L. 20.

(\*) L. 20. C. de distracti. pignor. §. fin. I. quibus modis re contrahitur. L. 1. §. 6. ff. de obligat. et action.

(\*\*) L. 25. §. 1. ff. de obligat. et act.

(\*\*\*) L. 31. §. 1. ff. de contrah. emt. vendit.

(+) L. 2. C. si adversus credit. praescr. oppon. Modest. Pistor. Consil. 13, n. 22.

### §. VIII.

Interim tamen dubium exsurgere potest, annon actio pignoratitia directa sit in rem scripta, cuius indeles ea est, vt, licet ex iure non reali oriatur, nihilominus adversus quemlibet rei possessorem dirigiri possit (§. III.). Antequam vero hoc dubium resolvam, necessarium duco, argumenta eorum, qui actionem pignoratitiam contra tertium admittunt, propius perlustrare. Desumunt ea partim ex iure ciuili, partim ex iure canonico. Quod ad ius ciuale attinet, provocat in primis L. B. de Wernher l. c. ad L. 13. ff. de pignor. actione, quam legem et reliquas, quae pro tuenda hac sententia allegantur, curatus perpendere ac enodare operae pretium erit. Verba huius legis sunt:

*Si cum venderet creditor pignus, convenerit inter ipsum et emtorem, ut, si solverit debitor pecuniam pretii emtori, liceret ei recipere rem suam, scriptis Iulianis et est rescriptum, ob hanc conventionem pignoratitiis actionibus teneri creditorem, ut debitori mandet ex vendito actionem adversus emtorem, sed et ipse debitor aut vindicare rem poterit, aut in factum actione adversus emtorem agere.*

Creditori in casum morae facultatem rem sibi pignori datam distracti. competere iure decisum est, cum haec conditio contractu pignoratitio in casum non oblati pretii tacite insit, modo haec distractio seruato iuris ordine fiat, de quo infra §. XXI. vberius agam. De

hoc casu autem lex non loquitur, sed de eo, vbi extra casum moraē creditor rem sibi oppignoratam vendidit, et emtioni venditioni expresse pactum de restituendo aut retrovendendo annexit. Hoc casu si debitor rem reliuere non tantum intendit, sed debitum iam soluit, et proinde exstincto nunc credito restitutionem rei vrgere potest, quaeritur, quam actionem instituere possit, cum creditor rem non amplius possideat, nec eam statim restituere queat. Existente hoc casu hac lege cautum est, debitori tres actiones competere. Priorem instituit adversus creditorem, posteriores duas vero aduersus tertium nempe emtorem. Prior actio est pignoratitia, eius effectus, vt creditor ei mandet ex vendito actionem contra emtorem, licet per se cum actione pignoratitia non conuenire videatur, vt mediante illa creditor ad cedendum iura cogatur. Secundo succurritur debitori rei vindicatione, vi cuius rem suam a quolibet possessore repeatit. Haec duae actiones ad probandam sententiam, pignoratitiam actionem adversus tertium institui posse, plane nihil conserunt, cum prima ex vendito nascentur et cessio creditoris fundamentum agendi sit, altera vero a pignoratitia prorsus aliena dominio nitatur. Delectus harum actionum procul dubio debitoris arbitrio relictus est, qui ob incommoda, quibus hae actiones circumscriptae sunt, non hesitatibit, ad melius pinguisque remedium confugere. In priori enim actione ad exceptiones, quae cedenti obstant, respondere debet, et in secunda dominii probatione, quae magnae difficultatis et, vt aiunt, diabolica est, oneratur. Superest ergo tertium remedium, nempe actio in factum aduersus emtorem instituenda, quae actio sola esse potest, in qua sedes actionis pignoratiae directae contra tertium inveniatur, inde quæstio mo-

venda

venda est, qualis sit haec actio. Aliam, quam' pignoratitiam actionem, commode intelligi hand posse, asserit Wernher l. c. et quia directo aduersus emorem tanquam tertium, eum quo nullum debitori negotium intercessit, competere nequeat, esse actionem pignoratitiam utilem, quae saepe in iure actionis in factum nomine veniat, vt appareat ex L. 9. ff. ad Leg. Aquil. L. 11. §. 1. ff. de dolo malo, et L. 47. §. 1. ff. de negot. gest.

### §. IX.

Hoc argumento autem me non adduci fateor, ita vt concedam, actionem pignoratitiam sub nomine actionis in factum intelligi. Quamuis enim lubenter largiar, casus in citata L. 9. ad L. Aquil. enumeratos tales esse, qui actionem ex L. Aquil. utilem producant, cum damna contineant, quae corpori ast non corpore sint data, et Lex Aquilia triplici modo, scilicet aetione directa, utili et in factum damnum vindicet; Legem 11. §. 1. de dolo malo tamen non de actione utili explicaverim, cum actio practoria in factum detur in casibus, vbi actioni de dolo locus non sit, (\*) et posterior Lex plane nihil ad rem pertinens contineat. Sed quid inde pro firmando illa sententia fluat, non video. Neminem enim fugit, consequentiam a casu ad casum admodum fallere, quare lex allegata 9. ad L. Aquil. nulla profecto ratione ad hanc controversiam dirimendam valere, nec aliquid in hac causa probare potest. Silet insuper L. 13. ff. de pign. act. prorsus de actione pignoratitiae contra tertium, quem non hac actione, sed rei vindicatione aut actione in factum experiri vult, quae posterior actio variae significationis est. Nam praeter alios significatus denotat actionem practoriam, quae eius est effectus, vt ea actione

NON

non solum dominia revocentur, verum etiam actiones restaurantur (\*\*). Licet ergo haec actio eundem habeat effectum, quam pignoratitia, et ad restituendam rem tendat, ab illa tamen diuersa nec via eademque esse potest, quales multae in iure actiones occurunt, quae ad idem tendunt et nihilominus distinctas suas notiones habent. Exemplo sit actio hypothecaria et condicatio ex mutuo, utraque actio ad extinguendum debitum dirigitur, sed alias admodum diuersa est, cum haec personalis, illa vero realis sit. Ad infringendam sententiam contrariam accedit in hoc casu pactum inter creditorem et tertium initium de restituendo seu de retrovendendo emitioni venditioni adiectum, quo nec res afficitur nec pignus in ea constituitur, cum ne ob conventum quidem pretium res emtori pignori obligetur (\*\*). Quamvis certa enim sit regula iuris: alteri per alterum non acquiri posse actionem, emtor tamen cum creditore venditore pactus promissis stare obligatus est, et debitoris quoque interest, cum de re sua hoc pactum sit initium. Si ergo debitor creditori venditori solvit, et hic emtori pretium, pro quo rem emit, restituit, emtor secundum legem contractus ad restituendum est obligatus. Fac vero emtorem huic obligationi satisfacere nolle, iniustum tunc foret, rem et pretium retinere, potius aequitas non solum suaderet, sed strictum ius quoque, ut rem restitueret, exigeret, multo magis haec obligatio emtoris foret, si debitor ei pecuniam pretii soluerit, et emtor nihilominus restitutionem renuere vellet. Quare actio in factum a Praetore debitori concessa est praeter actiones in dicta lege praescriptas, vi cuius ad restituendum compelli potest. Ad quod accedit, alicui per alterum utilem in factum acquiri actionem, quoties super rebus illius

illius, cui pacifcitur, pactum inierit (†) nisi placaret sententia Goedaei in Consiliis Marpurgens. Consil. 28. num. 336. qui statuit, admissa solutione tacite emtorem pignoris pactum cum creditore venditore factum repetiſſe ac renouasse, a quo tempore cooperit negotium inter emtorem et debitorem do ut facias h. e. restituas rem tibi venditam, ex quo contraſtu nascatur actio in factum s. praescriptis verbis (††). Amplectaris ergo hanc vel illam sententiam, certiflum mihi est, actionem in factum, de qua citata lex disponit, actionem pignoratitiam vtilem non esse.

(\*) L. 28. ff. de doio malo.

(\*\*) L. 14. ff. quae in fraud. creditor.

(\*\*\*) Wesenbec. Consil. 39. n. 6.

(†) L. 68. ff. de procur. et defensor. L. 8. C. ad exhibend.

(††) L. 5. §. 2. ff. de praefcr. verbis.

### §. X.

Altera lex, ex qua probare cupiunt, actionem pignoratitiam contra tertium competere, est L. 40. §. 2. D. de pignor. act. quae huins tenoris est: *soluta pecunia creditor possessionem pignoris, quae apud eum corporalis fuit, restituere debet, nec quicquam amplius præflare cogitur; itaque si medio tempore pignus creditor pignori dederit, domino solvente pecuniam, quam debuit, secundi pignoris neque persécutione dabitur neque retentio relinquetur.*

Creditori rem pignoris nexus sibi obligatam pignori dare licere ex tot. Tit. C. si pignus pignori detur, constat, sed eo solum effectu, vt ius secundi creditoris ulterius non duret, quam primi creditoris, cum resoluto iure dantis resoluatur ius accidentis (\*), hinc laudatus Wernher l. c. hanc legem ita explicat, vt eo casu, quo rem sibi oppi-

C

gnora-

gnoratam creditor rursus tertio pro maiori summa pignori dedit, huic retentio denegetur, si nempe a primo debitore soluto debito actione pulsatus fuerit, ex quo concludere vult, actionem pignoratitiam contra tertium locum habere.

(\*) Schaumburg ad Struvii Iurisprud. forens. L. 3. T. 7. Aphor. 3.

### §. XI.

Sed consequentia inde fluens mihi non satis patet, nam casus in praedicta lege propositus primo eo tendit, ut debitor creditum solvens ope actionis pignoratitiae directae restitutionem rei oppignoratae exigere poshit, id quod scopus huius actionis et obligatio creditoris est. Si vero apud eum corporalis possessio pignoris non amplius est, quia alteri rem pignori dedit, et debitor nihilominus hac actione liberationem a creditore suo petit, hac lege disponitur, creditorem nulla alia obligatione adstringi, quam pignus ut restituat. Hoc ergo casu, quo creditor pignus pignori dedit, et soluto a debitore debito rem restituit, speciali conventione, quam instituere velit debitor contra creditorem secundum, non opus est, siquidem contractus pignoratius inter debitorem et creditorem prium solutione ex illa, et restitutione rei ex hac parte facta desit, et solutio omne ius pignoris, quod secundus habuit creditor, tollit, quare nec retentionis, si res postea forsan ad eum peruenierit, nec persecutionis facultas huic tribui potest (\*). Fac autem secundum creditorem rem pignori datam suo debitori seu creditori primo restituere nolle, debitori actio pignoratitia contra primum creditorem competit, ita, ut soluto debito restituat rem aut eius restitutionem procuret. Si vero casum legis hunc subsumo, creditorem pro maiori summa rem tertio pignori dedisse, debitor suo creditori

nil

nil amplius soluere tenet, quam debitam pecuniam, qua soluta rem restituere debet. Restitutio vero fieri nequit, quia primus creditor rem non amplius possidet, et tunc duo casus in hac lege occurunt Secundus enim creditor rem pignoratam adhuc possidet, vel non. Priori casu retentio pro maiori summa illi deaegatur, et posteriori persecutio pignoris contra debitorem primum. Nam huius nil inter-est, pro qua summa primus creditor secundo rem pignori dederit. Si ergo creditor secundus rem possidet, debitor contra eum actionem in rem instituere potest, quae vti ex §. IX. patet, rei vindicatio est, qua instituta retentio secundo creditori denegatur, qui aduersus suum debitorem, creditorem primum, personalem actionem habet (\*\*). Debitor enim, qui rem oppignoratam tantummodo in securitatem crediti tradit, dominio huius rei non priuatur, sed dominus manet (\*\*), quare ei omnia remedia ex dominio profluentia salua sunt, et per consequentiam quoque rei vindicatio ei competere debet. Hac instituta ex dispositione L. 40. §. 2. de pign. act. creditori secundo exceptione retentionis, quae alias, donec sibi satisfactum fuerit, creditori conceditur (†), non succurritur, quia debitori nihil negotii obligatorii cum eo est, sed rem suam pignoris nexu solutione facta liberata repetit, et creditor causam suam ab alio habet, a quo, vt indemnisi praestetur, actione pignoratitia contraria exigere potest (§. III.). Sed nec persecutio pignoris creditori secundo datur, quod nihil aliud sibi vult, quam actionem hypothecariam creditori alias non denegandam hoc casu, vbi creditori primo debitum solutum, in secundo creditore cessare. Actio enim hypothecaria datur creditori contra rei oppignoratae possessorem, eo consilio, vt res pignori data cum

fructibus et accessionibus, donec de debito plene fuerit satisfactum, tradatur (§. IV.), quae tamen actio eo minus institui potest, quo iniurias foret, debitum licet soluerit, ad tradendam tamen rem suam sine omni causa debitorem compelli, cum resoluto iure dantis resolvatur ius accipientis. In hac memorata lege ergo nullum vestigium actionis pignoratiae contra tertium exstare, liquido constat, sed solummodo agi de vindicatione pignoris respectu tertii patet (††).

(\*) Bachov. de pign. et hypoth. L. 5. Cap. 19. n. 3.

(\*\*) Schilter in Praxi Iur. Romani Exerc. 26. §. 11.

(\*\*\*) L. 25. §. 1. ff. de pign. act. L. 9. C. cod.

(†) L. 1. pr. ff. de pign. et hypoth.

(††) Möllenbec. in Thes. iur. ciuilis L. 13. Tit. 7. n. 54.

### §. XII.

Tertia lex, quem Leyler Spec. 155. medit. 5. allegat, est L. 2. C. si pignus pignori datum sit, quae sequenti modo se habet: *Si creditor possessionem, quae a parentibus tuis pignoris iuri fuerat obligata, non vendidit, sed alii creditor i pignori dedit, examinata fide veri, poteris eam soluto eo, quod ex hac causa creditor debetur, intercessu Praefidis provinciae recuperare.* Hanc legem debitori actionem pignoratiam contra secundum creditorem, cui primus pignus iterum obligauit, aperte concedere affirmat, rationes huius asserti tamen non addit. Bruninemanni in Comment. ad hanc legem sententiae Leyseri ad stipulatur, iunctis rationibus, quia debitor solvens primo seu suo creditori pignus a nexus, quo secundo creditori obstrictum est, liberat, ex quo concludit, pignus actione pignoratia repeti posse a secundo creditore, licet ei nihil, sed primo tantum creditori, solutum sit.

### §. XIII.

## §. XIII.

Quae lex mihi tamen eius momenti non esse videtur, ut ex ea colligi possit, actionem pignoratitiam contra tertium locum habere. Nam plane nihil aliud hac lege disponitur, quam ut debitor soluto debito rem creditori oppignorata, et ab eo alteri pignori datam recuperare possit, cui creditorem primum resistere non posse, per se est clarum, non vero diferte loquitur allegata lex, an debitor restitutio- nem rei a primo aut secundo creditore exigere possit, et cum prius naturae rei et legibus magis consentaneum sit (§. VII.), quia, si ambigua vox est legis, ea potius accipienda est significatio, quae vitio caret (\*); mihi non persuasum habere possum, hanc legem aliquid ceteris legibus contrarium statuere velle. Quid quod? nihil impedit, quo minus haec lex rei vindicationem, quae iuxta praecedentia in legibus debitori contra secundum creditorem conceditur, admittat, id quod vox recuperare confirmat, quae indicat, rem suam in potestatem suam redigere, hinc rei vindicationem involuit. Nec intercessus Praefidis provinciae contrarium quid statuere potest, cum, licet maius in provincia imperium haberet omnibus post principem (\*\*), ei tamen non permisum esset, contra leges scriptas indicare et genus actionum intervertere, quare ex dispositione huius legis actionem pignoratitiam directam contra tertium minime concedere possum, nec ratio Brunnemanni me, ut id statuam, monere valet. Dubium enim nullum habest, quin via solutione simul pignus ab utroque nexu libetur, exinde vero nequaquam colligi potest, debitorem actionem personalem contra secundum creditorem, qui obligatus ei nec est, nec cui quidquam soluit, instituere posse.

(\*) L. 19. ff. de legibus etc.

(\*\*) L. 4. ff. de officio praefidis.

#### §. XIV.

Quarta lex, quem Leyser l. c. pro stabilienda sua sententia allegat, est L. 3. C. si vendito pign. agatur. Quae lex ita se habet: *Si uxor tua Praefidi provinciae probauerit, cum aureos triginta deberet, seruos suos amplioris pretii per gratiam aureis viginta creditorem vendidisse, cumque soluendo non fuisse, iubebit emtores, recepto pretio restituere seruos.* Cum haec lex emtores seruorum oppignoratorum damnet, ut eos recepto pretio debitori restituant, manifestum actionis pignoratitiae, quae contra tertium se exserat, documentum ea contineri putat.

#### §. XV.

Sed hac in lege sententia illa nullum praefidium inuenit, nam primum in illa genus actionis contra emtores haud exprimitur, quare ex rationibus in §phis precedentibus adductis non temere actio pignoratitiae assumi potest, deinde calus hac lege expressus, qui debitorum in mora soluendi supponit, nullo modo ad hanc actionem referri potest, sed ab ea admodum est diversus. Emtor enim seruorum oppignoratorum aperte doli et fraudis conscius est, quod verba: per gratiam i. e. per collusionem, dilucide demonstrant, dolus vero et fraus nemini prodesse debet, et iura opitulantur deceptis non decipientibus, hinc colligere fas est, debitori remedium subsidiarium, minime vero actionem pignoratitiam, contra emtores competere. Id quod clarius adhuc patet ex L. 7. C. de distract. pignor. iuncta cum L. 1. C. si vendito pign. agatur. In priori enim lege casus deciditur, si creditor vel

vendor

venditor pignoris dolose in venditione egerit, tunc actio realis seu rei vindicatio contra possessorem pignoris non datur (\*), nam ex fraude et dolo auctoris non contra possessorem pignoris, sed auctorem ipsum est agendum (\*\*), ideoque creditor actione pignoratitia ad interesse est conueniens, nisi probauerit debitor 1) creditorem per gratiam et dolum rem maioris pretii minori vendidisse pretio, 2) emtorem fuisse fraudis particeps, 3) creditorem non esse solvendo ac 4) debitor ut offerat pecuniam debitam cum usuris; tunc enim emtor tenetur restituere rem oppignoratam cum fructibus perceptis ac percipientibus, aequo ac aliis quicunque malae fidei possessor (\*\*\*) , et de hoc easu disponitur in L. 1. C. si vendito pign. agatur. Si enim de bonis creditoris non possit satisfieri, et emtor fraudis particeps, hinc in mala fide sit, ad restituendum adigi potest, et quidem non ope actionis pignoratitiae, sed in subsidium ex interdicto fraudatorio (†). Insuper datur haec actio tanquam remedium subsidiarium, si scilicet creditor seu venditor pignoris non sit soluendo. Actio ergo in lege §pho precedente allegata ne minimum quidem, nedium manifestum actionis pignoratitiae documentum est.

(\*) Bruunem. ad L. 7. C. de distract. pignor.

(\*\*) L. 10. C. de refind. vendit.

(\*\*\*) Brunemann I. c.

(†) Idem ad L. 1. C. si vend. pign. agatur.

L. 96, pr. ff. de solut. et liberat.

### §. XVI.

Expositis his vtrinque rationibus extra omnem dubitationis aleam positum mihi videtur, leges allegatas, nec praeter has alias noui, probandum non probare, quare certissimum est, secundum ius civile

actio.

actionem pignoratitiam non dati aduersus tertium, id quod etiam permulti, quibus tamen contraria sententia arridet, vltro concedunt, qui eam vero ob causam ad ius Canonicum confugiunt, et ex eo hanc actionem contra tertium admittendam esse contendunt. Provocant ad c. 6. X. de pignoribus et aliis cautionibus, quod ita se habet: *cum contra G. ciuem Anagnium super quibusdam possessionibus, quas quondam pater tuus pro certa quantitate pecuniae obligauerat, et ipsius creditoris heredes praeditio G. pignorauerant, monisses in nostra praesentia quaestione, legitime probauisti, quod ex earum preventibus tantum fuerat tam ab eodem G. quam ab aliis, qui eas tenuerant, a tempore quo fuerant obligatae, perceptum, quod fructus sorti poterant adaequare;* Nos igitur attendentes, quod in talibus perceptio fructuum in solutione sortis accedat, *cum secundum Canonicas functiones fructus restitui et in sortem debeant computari, considerantes etiam, quod possessiones ipsae iam extenuassent penitus totum onus et debitum annullasset, ipsas tibi restituendas esse decreuimus, et te per suuicium nostrum in possessionem induci fecimus corporalem.*

Huic legi Wernher ac Leyser omne pondus tribuunt, et in illa actionem pignoratitiam fundatam esse defendant, indeque colligunt, eam contra tertium possessorem locum habere. Rationes has esse existimant, quod omnia, quae in hac lege traduntur, ad hanc solam actionem commode applicari queant. Idcirco enim pignus repetitum dicitur, quod fructus ex fundo antichretico percepti totum debitum exhauserint, quo ex sententia Wernheri indicatur, pignoratitiam actionem in iudicium deductam fuisse, cum eo nitatur fundamento, quod debitum solutum vel alio modo exslingatum sit (\*), et Leyser perhi-

perhibet, quod ea, quae de probatione suscepit subiicit pontifex, satis indicent, non aliam, quam hanc, institutam fuisse actionem, cum in hoc capitulo nihil de probatione dominii dicatur, quae necessaria esset, si rei vindicationem monisset actor. Sed actor in eo legitime probauit, quod ex praedii obligati proventibus tantum fuerit a possessoribus perceptum, ut fructus sorti possint adaequari, quae probatio actioni pignoratitiae conuenit, in qua actori probandum est, se reo satisfecisse vel soluto vere debito vel compensatione fructuum perceptorum (\*\*). Ultima ratio in aequitate ponitur, quae utique sua-deat, ut succurratur debitori, qui bona fide debitum soluerit, ne in re sua persequenda difficultate probandi dominii implicitetur.

(\*) L. 9. §. 2. ff. de pignor. act.

(\*\*) L. 1. C. de pign. act.

### §. XVII.

Quamvis vero hoc capitulo iuris Canonici praecipuum argumentum ad probandum, actionem pignoratitiam contra tertium competere, suppeditare debeat, non tantum tamen ponderis mihi habere videtur, ut me de sententia, quam haec tenus tuitus sum, deducere valeat. Ius enim Canonicum in terris Protestantium non ex auctoritate conditoris sui viget, sed ex receptione aut retentione superioris in territorio suo (\*), quare cum extra causas ecclesiasticas nullibi in imperii constitutionibus ad iuris canonici sanctiones expresse ablegemur, ex hoc iure decisionis suae fundamentum, posthabita dispositione iuris civilis, repetens continuam eius obseruantiam docere debet, cum in concursu iuris civilis et canonici illud omnino praeferendum sit (\*\*). Donec ergo obseruantia non probetur, c. 6. X. de pign.

D

perpe-

perperam ad demonstrandam sententiam contrariam allegatur; nec praeterea facile contrarietas iuris canonici et ciuilis, cum sit odiosa, introduci debet (\*\*\*)

(\*) Ziegler in Prooem. ad Lancelloti Instit. iuris Canon. §. 55.

(\*\*) Stryck in discursu praelim. de usu et auctoritate iuris Romani in foris Germaniae §. 37.

(\*\*\*) Goeddeus in Consil. Marburg. Vol. I. Consil. 28. quæst. 14. num. 335.

### §. XVIII.


Nullo vero respectu ad dicta in opere præcedente habitu, potissimum est eruendum, an citata iuris Canonici dispositio præsentis controversiae decisionem contineat, ac clare perspicueque hanc item dirimat. Et hoc quidem frustra in ea quaeri existimauerim. Nam in hoc capitulo non tam agitur de restitutione pignoris, utpote de qua obiter tantum quæstio monetur, quam de fructuum perceptione rei in antichresin datae, eorumque in sorte imputatione, unde restitutio rei antichreticae iubetur, quia ex fructibus creditori pro sorte erat satissimum (\*), nec quæstio primaria ibi est, an contra possessorem detur, sed an pignus liberum sit perceptis iam ad modum debiti fructibus (\*\*). Nemini enim est ignotum, ius canonicum ex iure divino male intellecto, ex intemperioso zelo et præiudicata opinionie, usurpas damnamare (\*\*\*) antichresi vero creditori concedere ius loco usurarum fructus rei oppignoratae percipiendi, quare antichresis quoque iure Canonico interdicta est. Omne enim lucrum, qualecumque sit, ex mutuo vel simili contractu capiendum prohibet, quocirca creditor fructus pignoris suos facere nequit, quippe qui non in eius

fed

sed debitoris commodum cedunt (†). Hanc autem prohibitionem c. 6. X. de pign. tanquam lex posterior c. 4. X. de usuris seu priori derogans quodammodo susluit, ac fructuum ex re antichretica perceptionem eorumque in sortem imputationem permisit. Statuit ergo tantummodo hoc capitulum, creditorem seu illum, qui ab eo causam habet, si tot ex pignore percepit fructus, ut satisfactum sit sorti, debitori pignus restituere debere, quae obligatio creditoris seu tertii, qui ab eo causam suam habet, ex parte debitoris ius inuoluat, vi cuius restitutio nem pignoris vrgere, et si forte denegetur obligatio, actionem contra tertium instituere possit. Quaenam vero actio sit instituenda, allegata lex plane reticet, cum neque genus actionis neque modus agendi exprimatur, hinc actio pignoratitia, tanquam actio personalis, temere assumi nequeat. Licet enim ex sententia aduersariorum quae in hoc capitulo traduntur, ad hanc solam actionem commode applicari queant, haec tamen ratio mili prorsus insufficiens esse videatur, cum in obscuris eam semper sequi oporteat sententiam, quae iuri scripto magis sit consentanea. Conuenit vero iuri scripto, actionem personalem contra tertium non competere, quare de actione pignoratitia contrarium statui nequit. Insuper nec desunt aliae actiones, ad quas hoc capitulo praescripta commode applicari possunt. Exemplo fit rei vindicatio, quae, cum in iure ciuili sit praelcripta, ad dicta huius capitulo quoque commode transferri potest. Primus enim creditor, possessiones sibi obligatas, alii obligavit, qui ei creditum solvit; secundus hic creditor vero ex praediis prouentibus tot fructus percepit, ut sorti possint adaequare, hinc secundo quoque creditori creditum est solutum, et cum utriusque sit satisfactum, et inde debitoris

D 2

oblig-



obligatio exsincta, pignoris ius quoque exstinguitur. Hoc casu pri-  
mus creditor, cum quo debitor contractum pignoratum init, ad  
restitutionem rei oppignoratae est obligatus, sed rem non amplius  
possidet, et per consequentiam restitutio ei est impossibilis. Debitor  
vero eum in ius vocare non vult eum in finem, ut pignus liberet, vel  
actiones contra illum, qui pignus tenet, ei cedat, sed directo a pos-  
sessori rem restitutam poscit, cum quo nullum negotium obligatori-  
um intercessit. Quaeritur igitur, annon ex hoc capitulo iuris Cano-  
nici rei vindicatio contra secundum creditorem institui queat? id quod  
vtique affirmandum censeo. Quannus enim fundamentum rei vindi-  
cationis dominio nitatur, cuius probatio saepenumero magnae diffi-  
cultatis est, haec tamen difficultas in casu pignoris non adest. Nam  
pignus in securitatem crediti traditur, hinc eius dominium in credito-  
rem non transit, sed penes debitorem manet. Probatio ergo domi-  
ni saltim putatini hoc casu difficilis non est, cum debitor mediante  
demonstratione primi creditoris quam facillime docere possit, rem  
huic pignori esse datam, et secundo creditori rursus oppignoratam,  
ex quo statim apparet, secundum creditorem rem quideam possidere,  
est tantummodo naturaliter, i. e. absque animo rem sibi habendi,  
quare ad restituendum soluto debito est obligatus. Debitum vero iam  
solutum est, cum debitor probauit, ex prouentibus rei pignoratae  
tantum a creditore esse perceptum, ut fructus sorti aequales possint  
eensiari, quae probatio non absolute et vnice in actione pignoratia lo-  
cum habet, sed, prout casus in capitulo hocce prepositus est, in rei  
vindicatione incidenter tractatur et commode ad hanc actionem appli-  
cari potest. Mihi itaque satis quidem ex his manifestum esse videtur,

nec

nec ex dispositione Iuris Canonici nec huius capituli actionem pignoratiam directam contra tertium institui posse. (\*) in scripto acutio  
Cap. 3. §. 4.

(\*\*) Coceji Ius contovers. Lib. 13, Tit. 7, quæst. 14.

(\*\*\*) c. 4. X. de usuris.

(†) c. 1. 2. 8. X. de usuris. I. H. Boehmieri Instit. iuris canon. Lib. 5.

Tit. 19. §. 3.

### §. XIX.

Dubium adhuc restat, annon actio pignoratitiae directa sit in rem scripta, cuius indeoles ea est, vt, licet ex iure non reali ortum trahat, aduersus quemlibet rei possessorem tamen institui queat (§. VIII.). Multi ad probandam sententiam, actionem pignoratiam contra tertium competere, hoc defendant, et ad allegatum c. 6. X. de pignoribus prouocant, in quo decernitur: creditorem vel illum, qui ab eo causam habet, ad restituendum obligatum esse, et debitori tanquam domino rei possidende potestate fieri debere, et quidem ex eorum sententia ope actionis pignoratitiae, quae tamen ut actio personalis aduersus tertium dirigi non posset, nisi sit in rem scripta, et inde quoque colligere student, hanc esse actionem in rem scriptam, quia per constitutionem pignoris res afficiatur ac pignus ius quoddam reale sit.

### §. XX.

Hoc vero dubium facili negotio refutari potest. Nam primum petitio principii est, quod allegatum c. 6. X. de pignor. de actione pignoratitiae loquatur, cuius contrarium ex antea dictis constat. Deinde actio in rem scripta ideo sic appellatur, quod de re solum, de qua agi-

D 3

tur

tur, sine designatione ullius personae, ad quam actionis verba dirigantur, scripta sit (\*). Id quod vero hic locum non habet, cum actio pignoratitia directo in personam dirigatur, nempe creditorem, cum quo debitor contractum iniit, et actio in rem scripta insuper ex lege detur, quae expresse huic vel illi casui singularem qualitatem tribuit, ut ex iure non reali contra quemlibet rei possessorem institui queat, prout ex actione ad exhibendum et ex actione Pauliana apparet. Nulla vero expressa lex exstat, quae actionem pignoratitiam directam hac qualitate induat. Et denique ex constitutione pignoris, qua res afficiatur, et inde, quia pignus ius reale sit, non sequitur, actionem inde enatam realem aut minimum in rem scriptam esse. Concedo enim pignoris conventionem rem afficere et pignus ius reale esse, sed solummodo quoad actionem hypothecariam, non vero quoad pignoratitiam personalem (\*\*), nec argumentum ab actione pignoratitia tanquam rei persecutoria ad actionem realem seu in rem scriptam ducum omni vitio caret, cum quidem triti sit iuris, omnem actionem realem esse rei persecutoriam, non tamen vice versa valeat, omnem actionem rei persecutoriam esse realem aut saltim in rem scriptam, caeteroquin omnes actiones personales rei persecutae causa comparatae reales aut in rem scriptae forent, quod claris legibus aduersatur (\*\*\*) . Inde actionem pignoratitiam in rem scriptam non esse liquet.

(\*) L. 7. et 42. §. 2. ss. de noxal. action.

(\*\*) §. 7. I. de Actionibus.

(\*\*\*) §. 17. I. de Action.

## §. XXI.

Certissimum itaque ex supra declaratis est, actionem pignoratiam directam contra creditoris creditorem non competere, si nempe primus creditor rem sibi pignori datam alteri oppignorauerit. Si vero creditor rem oppignoratam vendiderit aut tertio dono dederit, quaeritur, an in hoc casu creditor hanc actionem ad rem suam recuperandam instituere queat. Quod ad venditionem pignoris attinet, ius Romanum creditori facultatem distrahendi pignus nullibi denegat, sed potius expresse concedit, modo non pro labitu nec tumultuarie, sed seruato iuris ordine eam peragat, cum in alienationibus pignorum leges certum praescribant modum. Quando enim distraictio pignoris locum inuenire debet, distinguendum est, an tempus, a quo mora debitoris initium cepit, pacto sit determinatum, nec ne. Priori casu lapsus temporis sc. diei solutioni praefixa debitorem in mora constituit, in posteriori vero momentum interpellationis effectum morae coniunctum habet (\*). Existente ergo mora, vel ex hoc vel ex illo capite, creditori rem oppignoratam vendere licet (\*\*), ita tamen ut distraictio non ex sua voluntate pendeat, sed denunciatio praecedere debeat. Discernendum potius est, an creditor et debitor de distraictione pacti sint, nec ne. Si posterius, debitori propositum rem distrahendi semel denunciandum, et postea biennium est expectandum (\*\*). Si vero prius, tunc expresse aut ita conuenit, ut vendatur, aut sic conuenit, ne vendatur pignus. Si conuenit, ut vendatur, creditori nulla praecurrente denunciatione distraictio pignoris permissa est (†). Si vero conuenit, ne vendatur, videatur forte, ac si haec conuentio distraictionem impedit, cum pacta diligentissime sint seruanda. Quia

vero

vero huiusmodi conuentio fini pignoris repugnat, cui tacite conditio rem distrahendi, si creditum non solvatur, inest, et oppignoratio proxima via ad alienationem est; non obstante hac conuentione vendi quidem potest, sed non nisi praecedente tria per congrua interualla denunciatione (†). Si ergo debitor has denunciations non attendet, nec creditum soluerit, pignus, licet contradicat, vendi potest. Distractionem ergo pignoris in casibus demonstratis licitam esse apparet. Si vero omnis debitoris mora deficiat, aut denunciatio omisita sit, ac creditor nihilominus rem vendat, alienatio nulla est, nec in emitorem transfertur dominium, sed debitor oblatio pretio rem vindicare potest (††).

(\*) L. 28. ff. de Obligat. et action. L. 12. C. de contrah. et committ. stipulat.

(\*\*) L. 8. 11. et 14. ff. L. 6. C. de distract. pign.

(\*\*\*) L. 4. C. de distract. pign. L. 3. §. 1. C. de iure dom. impetr.

(†) §. 1. I. quibus alienare licet.

(††) L. 4. ff. de pignor. action.

(†††) L. 2. C. si vend. pign. agatur. L. 65. ff. de rei vindic.

Celeberr. Hellfeld in Iurispr. forens. §. 1099.

### §. XXII.

Venditio pignoris et quidem voluntarij, de quo hic sermo est, in casibus §pho praecedente adducis rite et quodammodo solemniter fieri debet, si certe creditor actiones ex neglecul formalium enatas evitare cupiat. Nam non suam sed rem debitoris ex eius consensu alienat, siveque negotium alienum ex domini voluntate peragit. Hinc creditor distrahens debitoris mandatarius habetur. Exinde sequitur, ut creditoris sit, rem iusto pretio vendere. Nam per se iam in emtione

emtione venditione iustum pretium, quod aequale pretio rei venditae fit, requiritur, hinc bona fide sine vlla collusione cum emtore iuxta modum conuentum vendere debet (\*). Si creditor huic non obtemperat, actioni pignoratitiae locus est, et quidem aut creditor fraudulenter egit, aut emtor. In priori casu haec actio instituitur contra creditorem (§. XV.), et in posteriori emtor ad restituendum tenetur ex interdicto fraudatorio, vti itidem ex Spfo XV. patet. In emtione venditione pignoris ergo haud existere potest casus, qui actionem pignoratitiam directam admittat contra tertium.

(\*) L. 4. 7. 9. 10. C. de dist. pignor. L. 14. ff. de pign. aet. L. 3. C. fi-  
si vend. pign. agatur. Helfeld. I. c. §. 1100.

### §. XXIII.

De donatione pignoris a creditore facta vix differendum videtur. Licet enim donationem rei oppignoratae tanquam rei alienae non plane irritam iudicem, cum oppignoratio eventualem contineat alienationem, quea donationi quoque insit, et iura donationem rerum alienarum ad effectum usucapiendi admittant; actio pignoratitiae tamen contra donatarium inde non esurgit, cum non competit, nisi prius soluto vel realiter oblato debito. Si ergo debitor ad reliendum paratus sit, restitucionem rei a creditore donante ope actionis pignoratitiae exigit, cum quo solummodo negotium obligatorium ei intercessit, nec vlla res illi est cum donatario, nisi debitor rem restitutam aliter consequi non possit. Et tunc rei vindicatio aut actio in factum contra donatarium secundum praecedentia instituenda erit.

### E

### §. XXIV.

~~~~~

emittere iuris obsequia sicut per bo^{so} XXIV. q*ius nullum omisitibus excolimus*
 Tandem adhuc aequitas et praxis vniuersalis allegatur ad probandum, actionem pignoratitiam directam contra tertium institui posse. Quod ad aequitatem pertinet, non diffiteor, praecipuam iustitiae ac aequitatis, quam stricti iuris, rationem esse (*), hoc autem de eo casu tantum intelligitur, si factum, de quo lis orta est, vel non expressam, vel admodum dubiam legis decisionem habeat. In hac vero controv ersia expressae et clarae leges assunt (**), hinc aequitas ad eam decidendam nihil consert, sed iuri scripto est obtemperandum, cum alias aequitas cerebrina foret, quae sine lege et temeraria dicitur, nec a iudice, quem sequi decet legem, non cerebrum, attendi debet (***) . Quamvis enim actio in factum ob aequitatem a Praetore sit introducta et hinc dubium oriri posset, aequitatem non insuper habendam esse; hic tamen de aequitate in se considerata nulla existit controv ersia, sed in quaestione tantum venit, an ex mera aequitate actio pignoratitia directa contra tertium dati possit, id quod merito negatur et negandum utique est, cum sit actio mere personalis. Actionem praetorianam in factum vero instituendam iura, ut supra demonstravi, permittunt. Quod ad praxin vniuersalem huius sententiae attinet, ICti magna admodum auctoritate, inter quos eminent Mevius (†), quem aut legem allegare sere idem esse perhibetur, eam testantur. Cum vero imprimis iuri sit standum, quod praescribit, actionem ex contractu oriundam esse personalem nec dari contra tertium possessorem, nullibi exceptionem huius regulae in actione pignoratitia statuit. Praxis legibus et analogiae iuris contraria quoque non praesumitur, inde dubia euadit, praesertim cum maxima pars

Docto-

NXX - 2

Doctorum et ICtorum eam negent (††). Tulus ergo erit, secundum leges iudicare, et in praxi dubia iura scripta sequi.

(*) L. 8. C. de iudiciis.

(**) L. 17. ff. de pignor. act. arg. L. vlt. C. si vend. pign. agatnr.

(***) Mevius P. I. Decis. 208. num. 10.

(†) in Decis. 342. Part. 5.

(††) I. H. Boehmer Consultat. Tom. 2. P. 1. Resp. 286. ibique allegati Doctores. Lynker in Analect. ad Sruiv. Tit. de pignor. act. Lau-
terbach in Collegio Praet. Lib. 13. Tit. 7. §. 16. Hahn ad Wefenb.
Tit. de pign. act. num. 7. Schilter in Praxi iur. Rom. Exercit. 26.
§. 8. seqq. Berger in Suppl. ad Elec. discept. for. P. 1. pag. 99. et
P. 2. pag. 202. Hellfeld in Iurispr. forens. §. 875. aliisque quod
enumerare longius effet.

§. XXV.

Regula ergo firma ac iuri consentanea est, actionem pignorati-
tiam directam contra tertium non posse institui. Cum vero nulla
regula tam firma, quae non admittat exceptionem, casus quoque in-
cidere possunt, qui actionem hancce contra tertium permittant, si
alias hi nomen exceptionum a regula mereantur. Talis est, si ter-
tius cum creditore sit vna persona. Haeres enim personam defuncti
repraesentat, et eius facta praestare tenetur, hinc per se est clarum,
contra haeredem actionem pignoratiam posse institui. Idem obti-
net in cessionario, qui in locum cedentis succedit, et eadem habetur
persona, ita vt totum ins cedentis consequatur et inde iure cedentis
vtatur. Porro contra tertium haec competit actio, si creditor ex
mandato debitoris rem oppignorauerit. Nam mandatarius mandan-
tis negotia gerit, et eius personam repraesentat. Si ergo creditori
creditum exigenti debitor soluere et ob inopiam pignus relivere ne-

queat,

queat, et ei mandet, pignus alteri pignori dare, contra secundum creditorem, cum quo alias nullum iniit negotium obligatorium, actio pignoratitia institui potest. Creditori primo enim hacc actio contra secundum tanquam suum creditorem competit, negotium vero, quod inter illos intercessit, ex mandato debitoris est gesum, quare actio mandatario competens, si conuenienter egerit, mandanti competit. Hos casus Celeberr. Hellfeld in Iurispr. forens. §. 875. breuissime tractationi materiae de pignoratitia actione adiungit. Alii forsitan inveniri possunt, quos alio opportuniore tempore latius discutere ac endare proposui. Hacc enim materia accusatori disquisitione haud indigna mihi videtur, cum ea neglecta facile confusio actionum oriatur, et forum dubium reddatur, si debtor haesitare debeat, vtrum actionem pignoratitiam in foro domicillii contra creditorem, an in foro rei sitae, si res oppignorata sit immobilis, contra tertium pignoris, possessorem instituere debeat.

TANTVM.





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-198180-p0042-8

DFG



24

DISPVATI^O IN AVGVRALIS IVRIDICA
SISTENS QVAESTIONEM:
AN ACTIO PIGNORATITIA DIRECTA
CONTRA TERTIVM POSSESSOREM
INSTITVI QVEAT?
16
1777,5

P. 208

QVAM
AVCTORITATE AMPLISSIMI ET ILLVSTRIS ICTORVM
ORDINIS
PRAE SIDE
VIRO EXCELLENTISSIMO AC CONSULTISSIMO
DOMINO
CHR. NIC. SCHLICHTKRVLL,
I. V. D. ET PROF. PVBL. ORD. IN REG. ACAD. GRYPHICA, REG. CONSIST.
ADSESSORE ET FACVLATATIS IVRIDICAE p. t. PRO - DECANO

PRO
OBTINENDIS SVMMIS IN VTROQVE IVRE
HONORIBVS

D. XVI. IVN. MDCCCLXXVII.
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI SVBIICIET
DAVID WILHELM WARNEKROS, SVNDENS.
Reg. Acad. Syndicus et S. R. Tribun. Advocatus.

GRYPHISWALDIAE,
LITTERIS A. F. RÖSE, REG. ACAD. TYPOGR.

